



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Diogeni Diacono. 407.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

Diogeni Diacono. 407.

Διογένη Διακόνω. υζ.

Peccatū venia grauius admittis, vir optime, dum Eusebij tyrannidem magis quam equitatem colis atque obseruas. Quamobrem aut cum eo consuetudinem habens grauiissimi ac penè incurabilis morbi sensum ipsi ingenera: aut ipsius improbitatem obterens, ab eo te remoue.

Συγγνώμης μείζονα, πῶ βέλπτε, ἀμαρτάνεις, πλὴν Εὐσεβίῳ τυραννίδα πρὸς τὸ δικαίον θεραπειῶν. ἢ ποιῶσι μὴ σιωπῶν, ἀφ' οὗσιν αὐτῶ ἐμποίει τὸ ἀνηκέστου νόσου, ἢ ἀπόστη, ὅτι τῶν αὐτῶ πλὴν χακίαν.

Zenoni monacho. 408.

Ζηῶνι μοναχῶ. υη.

Quòd florente Ecclesia, & nondū morbo laborante diuinæ gratiæ circum eā velut chorum agerent, Sancto videlicet Spiritu res administrante, atque Antistitum vnumquemque incitante, ac Ecclesiam in cælum conuertente, omnibus notum & perspicuum est. Quòd autem, posteaquàm ea morbo affecta est, ac seditione laborauit, omnia illa auolarint, atque non gratiæ duntaxat (neque enim ita grauis res esset, si hoc solum mali esset) sed etiam vita & virtus abscefferint, id quoque nemini obscurum est. Vt enim alia omittam, & vna re cætera etiam significabo. Etenim pacis quidem nomen vbique est: res autem ipsa nusquam: verūm Ecclesia foeminae cuidam, quæ ex antiqua felicitate excidit, ac signa tantūm habet, similis est. Ornamentorum enim suorum thecas & arcus habet: opibus autem spoliata est: non ob eius, qui eam primūm exornauit incuriam ac negligentiam, sed ob eorum, qui non, vt conuenit, res administrant, improbitatem. Alij enim vendere, alij emere sacerdotium audent. Alij ea agunt, quæ, etiam si liceat, dicere tamen non audeo: alij autem ea dicunt, quæ ne cogitare quidem fas est. Meritò proinde huiusmodi hominibus Ecclesiæ Dominus ac sponsus hoc interminatus est, quod tibi à me quaesisti. Veniet dominus serui illius, & diuidet eum, & partem eius cum infidelibus ponet. Verūm huiusmodi comminationē pro fabula ducunt, atque hanc sententiam pro circulatoris cuiusdam figmēto: etiam si mundus iam ad finem properet, ac sup-

Οπι μὲν ἀκμαζέσσης τῆς ἐκκλησίας, καὶ μὴ πῶ νοσοσκίας, τὰ θεῖα πρὸς αὐτὴν ἐχώρευε χρείσματα, τὸ ἀγίον πνεύματος δημιουργοῦτος, καὶ τὸ πρὸς ἐσθῶτων ἔχαστον κινουῦτος, καὶ ἕξαστον πλὴν ἐκκλησίας ποιουῦτος, πᾶσι δὴ λόγον ἔσθην. ὅτι δὲ νοσοσκίας καὶ σασιασκίας, ἀπέστη πάντα ἐκείνη, καὶ ἀπεπήδησε, καὶ τὰ χρείσματα μόνον ἐξ ἑαυτῆς τὴν δεινὸν εἰς τὸ μόνον ἔδωκε, ἀλλὰ καὶ βίος καὶ ἀρετὴ καὶ τὸ πᾶσι δὴ λόγον. ἵνα γὰρ τὰ ἅλλα παρὰ, ἐξ ἐξ ἑσθῶτων ἀγάγματος καὶ πρὸς τῶν λοιπῶν ἀνηξομῶν. τὸ μὲν γὰρ τῆς εἰρήνης ὄνομα, πᾶσι ἀγαθόν: τὸ δὲ πᾶσι ἀγαθόν, ἐδάμοσ. ἀλλ' εἰστικὴ ἐκκλησία γυναικί τινι τῆς ἀρχαίας εὐμελείας ἐκπεσοῦσιν, καὶ τὰ σύμβολα μόνον ἐχούσῃ. τὰς μὲν γὰρ ἴσθας τῶν κοσμίῶν ἐχέει καὶ τὰ κινεῖται, τὸ δὲ πλῆθος ἐστὶν αὐτῆς, καὶ πρὸς τὸ ἐξ ἀρχῆς κοσμίῶν αὐτῆς ἀμέλειαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς τὰ ἀγάγματα μεταχειροζομῶν χακίαν. οἱ μὲν γὰρ πωλεῖν, οἱ δὲ ἀγοράζειν πλὴν ἱεροσουλίου πολλοῖσιν. οἱ μὲν ἀράτῃσιν, ἀ μὲν λέγειν πολλοῖσιν ἐξόν. οἱ δὲ λέγουσιν, ἀ μὲν ἐπινοεῖν θέμεις, εἰκότως οὐκ ἠπέλλησε τοῖς πρὸς τοῖς ὁ τῆς ἐκκλησίας δεσπότης καὶ συμφίλος τῶν ὁσθῶ μαθητῶν ζητήσας, ὅτι ἤξει ὁ δούλος τῶν δούλων ἐκείνων, καὶ διχοτομήσθαι αὐτῶν, καὶ τὸ μέρος αὐτῶ μετὰ τῶν ἀπίστων ἴσθαι. ἀλλὰ μῦθος αὐτοῖς ἢ τοιαύτη ἀπειλή καὶ ἢ ἀπόφασις, ἀγροπικὴ νομίζεται λογοποιία. καίτοι λοιπὸν τῶν κίσθαι